



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

1. De dignitate Sacerdotum generatim.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

MEDITATIONES.

De Sacerdotum dignitate, &
virtutibus.

MEDITATIO I.

De dignitate Sacerdotum generatim.

CONSIDERA quam præclara nomina à S. Scripturis, & SS. Patribus Sacrae Scripturae tribuantur. Vocantur enim: 1. Angeli Malach. 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. 2. Vicarii Christi. Luc. 10. Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit. 3. Sol terræ, lux mundi, & lucernæ super candelabra positus. Matth. 5. 4. pastores, doctores, & dispensatores mysteriorum Dei Ioan. 10. & 21. Eph. 4. 1. Cor. 4. 5. Episcopi, Pontifices & Præpositi. 1. Tim. 3. Tit. 1. Heb. 5. 13. 6. mediatores inter Deum & homines, clauigeri cœli, cubicularii Christi, principes populi, primogeniti Domini, primogeniti Israhel.

CONSIDERA quanto honore affecti fuerint, tum in veteri, tum in novo testamento, immo etiam apud gentiles. Nam in veteri

SAC
Con
summa
dotium
S. Bene
xenti, a
diacon
vitrum
num, c
esse deb
fieri no
tatem e
ti & at
derue
tur: alij
iam ad l
abierun
lentiari
tur sibi
dos, & S
scopus.
M
De

310 M'EDITATIONES DE
veteri hæreditatem non habuerunt inter
cæteros Iudæos, vt est Num. 18 sed Domi
nus erat hæreditas eorum. In nouo quoq;
ex redditibus Ecclesiis vel cænobiiis pie
oblatis viam traducut, ideo clerici dicti,
quia in sorte Domini vocati sunt, vel quia
patri Domini, & ideo singulari quodam ri
tu à solis Episcopis ad hunc gradum Deo
consecrantur. Sed nec vilus sibi hunc hon
orem assumere potest, nisi vocatus sit à
Deo tanquā Aaron. Heb. 4. Deinde: Con
stantinus Imperator tantopere eos vene
ratus est, vt dixerit. Si Sacerdotem videret
peccatum cum foemina, pallio meo côte
geret S. Martinus Episcopus Turon pran
dēs cum Cæsare, prius socio suo, quod es
set sacerdos, poculum porrexit, quā Ca
sari. B. Ambrosius dicit regū ac Principū
colla genibus submitti sacerdotum, eosq;
osculata eorū dextera credere se eorū ora
tionib. adiuuari. B. Gelasius Papa in epist.
ad Anastasium Imperatorem. Duo sunt,
inquit, Imperator, quib⁹ principaliter hic
mundus regitur. Auctoritas sacra Pontif
icum, & Regalis potestas, in quibus tanto
grauius est pondus sacerdotum, quāto et
iam proipis regibus hominum in diuino
examine sunt reddituri rationem.

Sulpit
in vi-

4.

7.

1. c.

2.

DE
SACRO SACERDOTIO. **six**

Considera, sanctissimos quosque ob 3.
summam eius dignitatem refugisse sacer-
dotium, ut S. Antonium, S. Pachomium,
S. Benedictum, & S. Franciscum, cui hæ-
xenti, an fieri deberet sacerdos, cum esset
diaconus, in via occurrit angelus, gestans
vitrum pellucidū clarissimo liquore ple-
num, dixitque sacerdotis animam similē
esse debere illi liquori. Vnde ille sacerdos
fieri noluit, quia tantam suę animę puri-
tatem esse non putauit. Multi quoq; san-
cti & aetate prouecti eremitæ monasteria
deseruere, ne ad sacerdotium proucherē-
tur: alij verò iam ad illud prouecti, vel et-
iam ad Episcopatum, in remotas terras
abierunt, ne agnoscerentur, ut Ioānes Si-
lentiarius, & alij. S. Marcus quoque dici-
tur libi absidisse pollicē, ne fieret sacer-
dos, & S. Ammonius aures, ne fieret Epi-
scopus.

MEDITATIO II.

*De causa dignitatis Sacerdotum
nouæ legis.*

Considera dignitatem sacerdotum no- 1.
uæ legis, sumi ex duplice potestate illis
collata, ordinis & iurisdictionis. Ratione
ordinis possunt cōsecrare corpus & sanguinem